CONCILIORUM COLLECTIO REGIA MAXIMA,

Ad P. PHILIPPI LABBEI & P. GABRIELIS COSSARTII e Societate JESU labores

Haud modicâ acceſſione factâ, & emendationibus plurimis additis, præſertim ex Codicibus manuſcriptis; cum novis & locupletiſſimis Indicibus:

Studio P. JOANNIS HARDUINI ex eadem Societate JESU Presbyteri.

TOMIS DUODECIM.

ACTA CONCILIORUM ET EPISTOLÆ DECRETALES, AC CONSTITUTIONES SUMMORUM PONTIFICUM.

TOMUS PRIMUS.

Ab anno Chriſti XXXIV. ad annum CCCCL.

PARISIIS,
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

MDCCXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ARREST
DU CONSEIL D'ESTAT DU ROY,
EXTRAIT DES REGISTRES du Conſeil d'Eſtat.

Du 21. Avril 1725.

LE ROY ayant eſté informé que par Commiſſion du Clergé de France aſſemblé en l'année 1685. il a eſté composé par le P. Hardoüin Jeſuite une nouvelle Collection des Conciles, laquelle avoit paru neceſſaire pour perfectionner les anciennes Collections, dont les editions eſtoient d'ailleurs épuiſées; que pour rendre la nouvelle edition de cet ouvrage plus belle & plus correcte, le feu Roy ordonna qu'elle ſeroit faite en ſon Imprimerie Royale tenuë au Louvre, aprés avoir eſté reveüe & corrigée par trois Examinateurs des plus capables, que Sa Majeſté commit à cet effet; qu'aprés pluſieurs années employées à la compoſition, edition & correction de cet ouvrage, il auroit enfin en l'année 1715. eſté mis en eſtat d'eſtre donné au public qui l'attendoit avec grand empreſſement: Mais qu'aprés la mort du feu Roy le Procureur General de Sa Majeſté en ſon Parlement de Paris ayant requis que cet ouvrage fût ſoumis à un nouvel examen, ledit Parlement auroit par differents Arreſts des 20. Decembre 1715. 19. Aouſt 1719. & 27. Aouſt 1721. nommé de nouveaux Examinateurs pour proceder audit examen & donner leur advis, pour aprés avoir eſté communiqué audit Procureur General & pris par luy telles Concluſions qu'il aviſeroit bon eſtre, eſtre par ladite Cour ordonné ce que de raiſon; Et cependant deffenſes auroient eſté faites à tous Libraires & Imprimeurs & à toutes perſonnes, de vendre ou debiter aucuns Exemplaires dudit Livre, ſous telles peines qu'il appartiendroit, juſqu'à ce qu'autrement par ladite Cour en euſt eſté ordonné. En vertu de cet Arreſt leſdits Examinateurs ayant procedé à cet Examen & donné leur advis, ſeroit intervenu audit Parlement un dernier Arreſt le 7. Septembre 1722. par lequel vû ledit advis il a eſté ordonné que l'Epiſtre Dedicatoire qui avoit eſté miſe à la teſte de cet ouvrage, ſeroit ſupprimée; Et



LUDOVICO MAGNO REGI CHRISTIANISSIMO.

SACROSANCTA *Concilia, quæ tuis feliciſſimis auſpiciis,* REGUM MAXIME, *e Typographia tua Regia quondam in lucem prodierunt; cum eadem nunc auctiora tuo nutu juſſuque rurſum*

ACTA CONCILIORUM, ET EPISTOLÆ DECRETALES, AC CONSTITUTIONES SUMMORUM PONTIFICUM.

PRÆFATIO DIONYSII EXIGUI,

In ſuam primam Canonum collectionem.

Ex codice mſ. Collegii Pariſienſis Societatis Jesu, in quo collectio Canonum eſt Dionyſiana, nunc multo emendatior prodit hæc præfatio.

A Domino venerando mihi patri Stephano [a] epiſcopo, Dionyſius Exiguus, in Domino ſalutem.

[a] Salonitano, ex Caſſiod. c. 23. divinarum Lectionum.

Quamvis cariſſimus frater noſter Laurentius aſſidua & familiari cohortatione parvitatem noſtram regulas eccleſiaſticas de Græco transferre perpulerit, confuſione credo priſcæ tranſlationis offenſus: nihilominus tamen injunctum laborem tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus, ſolita populis B pietate proſpiciens, ſummi ſacerdotii contulit dignitatem: ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus eccleſiam Domini morum ſanctitate condecoras, etiam ſacratiſſima jura pontificalibus per Dei gratiam digeſta conventibus intemerata conſervans, perfecto regimine clerum plebemque moderetis: nullatenus noſtri ſæculi more contentus, quo pronius deſideramus recta noſſe quam facere: ſed divino adjutus auxilio, quæ fieri præcipis, ante perficias, ut efficaciſſimo fidelibus proſis exemplo. Magna eſt ſiquidem jubentis auctoritas, eadem primitus juſſa complentis: quatenus eccleſiaſtici ordinis diſciplina inviolabilis permanens, ad capeſſendum perenne præmium Chriſtianis omnibus præſtet acceſſum, per quam & ſancti præſules paternis muniantur regulis, & obedientes populi ſpiritalibus imbuantur exemplis.

In principio itaque Canones, qui dicuntur Apoſtolorum, de Græco tranſtulimus: quibus quia plurimi conſenſum non præbuere facilem, hoc ipſum ignorare veſtram noluimus ſanctitatem: quamvis poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis canonibus aſſumpta eſſe videantur. Deinde regulas Nicæni Concilii, & deinceps omnium conciliorum, ſive quæ antea, ſeu quæ poſtmodum facta ſunt, uſque ad ſynodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Conſtantinopolim convenerunt, ſub ordine numerorum, id eſt, a primo capitulo uſque ad centeſimum ſexageſimum quintum, ſicut habentur in Græca auctoritate, digeſſimus. Tum ſancti Chalcedonenſis concilii decreta ſubdentes, in his Græcorum canonum finem eſſe declaramus.

Ne quid præterea notitiæ veſtræ videamur velle ſubtrahere, ſtatuta quoque Sardicenſis concilii, atque Africani, quæ Latine ſunt edita, ſuis a nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Univerſorum vero definitionum titulos poſt hanc præfationem ſtrictius ordinantes, ea quæ in ſingulis paſſim ſunt promul-

CODEX CANONUM
ECCLESIÆ AFRICANÆ.

Eſt hæc collectio Canonum Africanorum, dicta ab Hincmaro, tom. 2. opuſc. xxxiii. cap. xxiv. pag. 518. *Breviatio* [illegible] *provinciæ Canonum, ſedi Apoſtolicæ miſſum, & ab eadem ſedi* [illegible]. In mſſ. [illegible] hic eſt: *Incipit Synodus apud Carthaginem Africanorum, quæ conſtituit Canones numero* cxxxiii. In mſ. Colbert. Bibl. *Incipiunt conſtituta, quæ ad Carthaginem* [illegible] *poſt conſulatum* &c. Card. Perronius autorem eſſe [illegible] pronunciavit, in libro contra Angliæ Regem, cap. xlvii. Nunc prodit hic codex emendatior, collatus cum tribus Dionyſianæ collectionis mſſ. e Bibliotheca Collegii Pariſienſis Societatis Jesu, aliiſque ibidem mſſ. collectionis Canonum: cum variis lectionibus ad nos Roma tranſmiſſis: & cum pervetuſto denique codice Canonum eccleſiæ Græcæ, in eadem Pariſienſi Bibliotheca.

[illegible]

A Poſt conſulatum glorioſiſſimorum Imperatorum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Auguſtorum, VIII. Kalendas Junias, Karthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius papa, una cum Valentino primæ ſedis provinciæ Numidiæ, Fauſtino eccleſiæ Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legato eccleſiæ Romanæ: ſed & legatis diverſarum provinciarum Africanarum, id eſt,[b] Numidiarum duarum, Byzacena, Mauritaniæ Sitifenſis, & Mauritaniæ Cæſarienſis, ſed & Tripolis, Vincentio Culuſitano, Fortunatiano Neapolitano, & cæteris epiſcopis provinciæ Proconſularis[c] reſidentibus ccxvii. necnon Philippo & Aſello presbyteris atque legatis Romanæ eccleſiæ, conſediſſent, adſtantibus diaconis:

B *Aurelius epiſcopus dixit*: [d] Poſt diem præſtitutum concilii, ut recordamini, fratres beatiſſimi, multa flagitata ſunt, exſpectantes fratres noſtros, qui nunc ad præſentem ſynodum legati venerunt, quæ geſtis neceſſe eſt ſocientur: qua de re Domino Deo noſtro de tantæ congregationis cœtu gratias referimus. Superest, ut tam exemplaria Nicæni concilii, quæ nunc habemus, & a patribus conſtituta ſunt, quam etiam hic a deceſſoribus noſtris eamdem ſynodum firmantibus, vel quæ ſecundum eam formam, per omnes clericorum gradus, a ſummo uſque ad ultimum ſalubriter ordinata ſunt [e], in medium proferantur: *Ab univerſo concilio dictum eſt*: Proferantur.

C *Daniel notarius recitavit*: Nicæni concilii fidei profeſſio, vel ſtatuta ita ſe habent. [f] *Et cum diceret, Fauſtinus epiſcopus plebis Potentinæ, provinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ eccleſiæ, dixit*: Injuncta nobis ſunt a ſede apoſtolica aliqua per ſcripturam, aliqua etiam in mandatis, quæ veſtra beatitudine [illegible], ſicuti & geſtis ſuperioribus meminimus, hoc eſt, de Nicænis canonibus; ut conſerventur & conſtituta eorum, & conſuetudo: quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua conſuetudine firmata ſunt. De his ergo primitus, ſi placet beatitudini veſtræ, tractemus; & poſtea cætera, quæ acta vel inchoata ſunt, inſerta firmabimus, ut & ad ſedem [h] venerandam reſcriptis

D veſtris intimare poſſitis, [i] ad quæ nos admonuiſſe apud venerabilem Papam evidenter claruit, licet & capitula actionum jam inſerta ſint geſtis. De ipſis ergo, ut ſuperius dixi, quid veſtræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium [k] in medium, ut ſcire poſſit veſtra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad ſingula reſpondeamus.

Aurelius epiſcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres & conſacerdotes noſtri in actis nuper allegaverunt, & cætera quæ acta ſunt, vel agenda ſunt ſubſequentur.

Daniel notarius recitavit commonitorium: Fratri Fauſtino [l], & filiis Philippo & Aſello presbyteris, Zoſimus epiſcopus. Vobis commiſſa negotia non la-

PARISIIS,

EX TYPOGRAPHIA REGIA,

Curante CLAUDIO RIGAUD, Typographiæ Regiæ Præfecto.

MDCCXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA